Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

uiribus et opibus induti. circumfusis
gentibus sepius bellum intulerunt.
suosque terminos usquequaque dilata
uerunt. Horum audaciam tandem
Iulii cesaris uirtus perdomuit ar
mis. ac romanis tributarios fe
cit. Post cuius excessum ad pristinam
ferociam reuersi. francorum regibus
congressi, uictores extiterunt. fi
nesque eorum longo tempore graui do
minatione tenuerunt. usque quo
Karoli magni strenuitas. eos
multis prelys uictos subegit. atque
ad christiane religionis professionem
coegit. Qui Karolus plures epi
scopatus in diuersis locis per totam
saxoniam constituit. de quibus Pa
derbrunnen in Wesfalia que est tercia
pars saxonie instituit. Vt enim
totus orbis in tres partes diuidi
tur. scilicet in asiam, affricam, et eu
ropam. ita saxonia immo sahsso
nia in tres partes diuiditur. ut in ge
stis eorum scribitur. Ea pars que eurum
respicit, et polonie uel bohemie
confinis est orientalis saxonia uo
catur. ea uero que septentrione continet.
et daniam attingit aquilonaris saxo
nia appellatur. que autem uersus renum
occidentem intendit Wesfalia nuncupatur.

In hac ergo Wesfalia altmannus
claris parentibus editus. diui
nis et secularibus litteris adprime
eruditus: apud parderbrunnen
canonicus fuit. in quo loco multis
annis scolas rexit. deinde aquis
grani canonicus prepositus fuit. quo
tempore etiam in palacio tercii henrici
regis capellanus claruit. Qui
henricus cognominato pius filius
conradi imperatoris palacium gosle
larie ad radicem montis ramsberc
de quo argentum tollitur construxit. et
basilicam ibidem apostolorum Simonis et iu
de edificauit. Quo defuncto. alt
mannus regine agneti fideli ob
sequio adhesit cum qua patauiam
uenit. Quo tunc temporis egilbertus
episcopatus infulam tenuit.

Eo tempore multi nobiles
ibant ierosolimam inuisere
sepulchrum domini. Quadam
uulgari opinione decepti. quasi
instaret dies iudicij. eo quod pascha
illo anno euenisset vi kalendas aprilis quo
scribitur resurrectio christi. Quo terrore
permoti. non solum wlgares. sed et populorum
primores genere et dignitate insignes.
et ipsi diuisarum ciuitatum episcopi. magna
gloria et summo honore fulti, patriam
cognatos et diuitias reliquerunt.
et parata uiam crucem baiolantes.
christum secuti sunt. Quorum preuius dux
et incentor fuit Guntherus babenber
gensis episcopus. uir tam corporis elegan
cia quam animi sapiencia ~~et eloquencia~~
~~preditus~~ conspicuus. in cuius comita
tu multi nominati uiri et clerici et
laici. tam de orientali francia quam
de bawaria fuerunt. inter quos preci
pui duo canonici extiterunt. ui
delicet ezzo scolasticus. uir omni
sapiencia et eloquencia preditus. qui
in eodem itinere cantilenam de mira
culis christi patria lingua nobiliter
composuit. et cunradus omni sciencia
et facundia ornatus. qui postea in
nostro loco canonicis prelatus prepositus
fuit. Quibus altmannus ex la
tere regine cum multis uiris de